



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

16. Venationis amore diuinum cultum omittens canina prole plectitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

756 Cap. LIII. Monstra esse à Deo puniente, & caput deformante.

Baron. t. 3.  
An. 998.

desinunt iterare plectendum. Nam Robertus Gallorum rex, aui istius Philippi, qui in paterni iuris sceptra succes̄it, propinquam sibi copulauit uxorem, ex qua sucep̄it filium, anserinum per omnia col. lum & caput habentem. Quos etiam virum & uxorem omnes feri Galliarum Episcopi communi simul excommunicauere sententia. Cuius sacerdotalis edicti tantus omnem ubique populum terror inna. fit, ut ab eius societate uniuersi recederent; nec, prater duos seru. los ad necessarij vičtus obsequium, illi remanerent. Qui tamen & ipsi omnia vasa in quibus rex edebat, & bibebat, percepto cibo, abo. minabilia iudicantes, pabula ignis exhibebant. His autem Rex co. arctatus angustijs, ad sanum consiliū rediens, diuortium fecit, injic̄ legale connubium. Pharao, cognita Iosephi sapientia, vestim. eum stola byſina, & collo torquem auream circumposuit. Sic ho. noratur, qui sic meretur; alij qui vt anseres viuunt, vt anseres merito etiam incedunt; aut in prole sua imaginem suam aspi. ciunt, quemadmodum rex iste, qui cucurrit aduersus Deum er. Etō collo, & pinguis ceruice armatus est. Quanquam castigatus re. lipuit, demissaque ceruice collum iugo subiecit. Multi caſti. gantur, & non emendantur, quibus expediret, ut suspendere tu. mola asinaria in collo eorum, & demergerentur in profundum ma. ris, ibi enim cum scandalis suis sepelirentur.

XVI.  
Thom. Can. tipr. lib. 2.  
Apum. c. 49.  
9.17.

Punitus etiam & emendatus monstro fuit ille Nobilit. Theuto, adeo captus amore venandi, vt etiam Dominicis se. stisq; diebus, ſacrificio missæ temploq; adesse negliceret. Adeo canum etiam, quam Angelorum commercia vanis illis ſunt iucundiora. Erat huic vxor moribus ita contraria, vt ſqualoris illuici nitores splendoresq; auri contrarij ſunt. Tota enim diuersis ſeruitijs fuit addicta. Quare uxor pot. ſtate ſaþe virum verbis castigabat, ſaþe monebat, vt ſalutis ſue & Dei non obliuiceretur. Sed, vt fit, ſemper riſu refu. tabatur, dicebatq; crudus venator, mulierum monitus, & ranarum trepitus eadem lance expendendos. Igitur quod fe. mina non emendauit ſua pietate, puniuit Deus natura erro. re. Si tamen error dici potest, tam clemens iuſtitia. Siqui. dem innocentis uxor, per multos felices partus, tandem aduer. fa Lucina puerum peperit abortiuum, prodigioli capitis, quod canis

canis venatici speciem habebat; erat enim molosso rictu, & auribus, braccorum (vt vocant) more, flaccis ac dependulis. Erubuit partu mater; obstupuerunt, quæ aderant, nobiles matronæ; in tota domo trepidatum est. Consilium fuit, vt mēstrum terra obrutum illico tegeretur, antè, quām maritus domum rediret. Quod factum est. At herus domum reuersus primum habuit, vt quæreret, quid, se foris venante, vxor domi cepisset; aut peperisset? Tacuerunt omnes, & silentio rem dissimulare voluerunt. Suspectum fuit hoc silentium homini; &, vt erat militaris, gladio è vagina educto, iubet sibi recentem partum ostendi, vel se aliud renuentibus ostensum minaatur. Metu exterrita vxor mandat vt monstrosa proles refodiatur. Quod tam triste spectaculum vbi est in medium allatum, ita iam ipso diuini honoris zelo animatior mulier coniugem suum est affata. Videsne etiam coram oculis tuis, ô marite, quām manifesto prodigo omnipotens index, insanam in te venandi libidinem vindicārit? qui, vt leporem posses capere, ant cœro infidari, nullo honore dies sacros, nulla reverentia res ipsas sacras, nec adeò ipsum sacrosanctum Christi corpus affecisti. In nunc, ô post iterum, neglecto templisq; debito cultu, feras seētare; i, cum canibus tempus consume, quod Deo debetur; accipies fructum venationis, pro filijs, canes. His verbis, ac præcipue monstri tam deformis aspectu ita tactus est Nobilis, vt non solùm negligientiam suam lachrymis ac seriā pénitentia diluerit; verùm etiam imposterum præcipuis curis templa frequentārit. Deplorent suum Acteonem Poetæ à vertagis laceratum; hoc humano cane nullus vñquam alias canis aut iustius, aut salubrissimū dominum momordit.

#### C A P V T L I V .

Qui, & cur, reliquis corporis membris, aut etiam toto corpore monstroſi prodierint in lucem?

**S**At punitur, qui capite luit, quod peccauit: quia tamen etiam reliqua humani corporis membra sape sunt scelerum instrumenta, seruiuntque iniquitati, Cccc 3 idcirco

L